sequentes causas eiusdem terminos semper peremptorios, vera infirmitate, pro maiori, minorennitate successorum, legatione intra vel extra Regnum, servitio Militari, admunimenta, ad Evictorem, vel alijs quibusuis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo, ad quietationem caeterea ultra proximos officij praefati castrensis Capitaneatus Premysliensis terminos, dilationem sibi non recipiendo, nullasque motiones, Appellationes, ac earum prosecutiones faciendo ac praemissa omnia poenis simplicibus vel duplicatis, evasionibus, suspensionibus, fatalijs Iuris, praescriptione Terrestri, bello, conventioneque ac alijs omnibus Iuris remedijs et defensis non subterfugiendo, nec modo alio quouis evadendo. Hac praesenti sua personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Al: Szumowski Grochol=skim Roborat. 625

Comparens personaliter, coram officio, et Actis praesentibus Castrensibus Capitaneatus Premysliensis, Magnificus Ioannes a Szumowo Szumowski, Thesaurarius Curiae Regni Opocznensis Capitaneus, Sanus mente et corpore existens a Terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibusque suis quibusuis gentis omnibus, totaliter et plenarie incorporando atque subijciendo, palam, libere, publice ac expressum recognouit. Quia ipse se, ac suos successores in et super bonis suis generaliter omnibus summisque pecuniarijs quibusuis habitis et habendis inscribit et obligat praesentibus scriptum certum manuale per se Recognoscentem in rem et manus Generosorum Annae de Szumowo olim Generosi Petri Grocholski Consortis derelictae viduae, et Pauli atque Bartholomei Grocholskich, fratrum inter se germanorum, ratione certarum rerum et conditionum in eodem scripto manuali contentarum, proprijs et competentibus rededendo, praesenti vero castrensi Capitaneatus Premysliensis Iurisdictioni quo ad Actum hunc attinet se cum successoribus bonisque suis.

1116

Actum et Datum ipsius hic Premysliae, die decima Septima
Martij Anno praesenti confectum, conscriptum, et datum ma
nu sui Recognoscentis propria subscriptum. In omnibus et sin-
gulis eiusdem Scripti manualis Conditionibus, punctis clau-
sulis, articulis, Vadio, ligamentis, ac nexibus in universum
omnibus, eisdem Generosis Annae de Szumowo, olim generoso
Domino Petri Grocholski Consorti derelictae Viduae, et Paulo
atque Bartholomeo Grocholskim fratribus inter se germanis eo
rumque posteris, firmiter tenere, complere, exequi ac in
violabiliter observare, omnibusque et singulis eiusdem
Scripti manualis contentis, tam in toto, quam in quavis
minima parte, toties quoties opus fuerit satisfacere, Scri
ptum praefatum manuale, ad Inscriptionem praesentem Robo-
ratoriam, et Inscriptionem praesentem roboratoriam, ad
praedictum Scriptum manuale vicissim in toto referendo.
Idque sub conditionibus et nexibus in eodem Scripto ma
nuali contentis, per eundem Magnificum Recognoscentem
vel eius Successores supramemoratis Generosis Grocholskim
vel eorum posteris ob non completionem contentorum Scri
pti praefati manualis omnium et singulorum tam in to
to quam in parte toties quoties opus fuerit ad soluendum
succumbent. Pro quibus quidem Conditionibus et nexi
bus ac pro re aliqua principali ex contentis Scripti
eiusdem manualis non completa complenda Citatus
existens memoratus Recognoscens Magnificus Ioan
nes a Szumowo Szumowski Thesaurarius Curiae Regni
Opocznensis Capitaneus, sive eius Successores ad Instan-
tiam praefatorum Generosorum Annae de Szumowo, olim Generosi
Petri Grocholski Consortis derelictae Viduae, et Pauli atque
Bartholomei Grocholskich, fratrum inter se germanorum,
vel eorum posterorum, ad Officium praesens Castrense
Capitaneale Premysliense, extunc recessu suprascripto quo
ad respondendum spectat mediante, semper in primo Cita
tionis termino, tanquam peremptorio, stare, Iuri pare
re, respondere, Conditiones et nexus Scripti eiusdem
manualis iuxta Inscriptioni huic satisfacere, ac omne
iudicatum pati debebit et tenebitur, seque ac suos Succes
sores, ad eadem omnia inscribit, et obligat praesentibus,

illum Terminum primum peremptorium, et alios omnes, exinde consequentes, Causae eiusdem Terminos, semper peremptorios, vera infirmitate, pro maiori, minorennitate successorum, legatione intra vel extra Regnum Servitio militari, ad munimenta, ad evictorem, vel alijs quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo, ad Quietationem praeterea ultra proximos officij praefati Castren[sis] Capitan[ealis] Premysliensis Terminos dilationem sibi non recipiendo, nullasque motiones, Appellationes, ac earum prosecutiones faciendo, ac praemissa omnia poenis simplicibus, vel triplicatis, Evasionibus suspensionibus, fatalibus Iuris, praescriptione Terri bello, conventioneque ac alijs omnibus Iuris remedijs et defensis non subterfugiendo, nec modo alio quovis evadendo. Hac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Porębski Kozłowskim Coniugib[us] Donat 625

Comparens personaliter, coram officio et Actis praesentibus Castren[sibus] Capitan[ealibus] Premysliensibus, Generosus Stanislaus Porębski olim Generosi Joachimi Porebski, cum olim Generosa Cristina Trovecka consorte ipsius legitima procreatus filius. Sanus mente et corpore existens a Terris Officijs Iuribus Iurisdictionibusque suis quibusvis proprijs et competentibus recedendo, praesenti vero Castren[si] Capitan[eali] Premysliensi Iurisdictioni, quo ad Actum hunc attinet, secum Successoribus, bonisque suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subijciendo palam libere publice ac per expressum recognovit. Quia ipse bona sua propria et haereditaria infrascripta, totam videlicet et integram sortem suam in bonis Villae Balice, Terra et districtu praesenti Premysliensi iacen[tem] et consisten[tem], se Recognoscen[te] Iure divino et naturali

Stanislaus